

## EPISTOLA

Articulus secundus clare affirmat;  
Peccatum Originis damnare, & affer-  
re nunc quoque æternam mortem,  
his qui non renascantur per Bapti-  
smum & Spiritum sanctum. Calvini-  
ani vero unanimi consensu docent,  
Liberos fidelium sanctificationē du-  
cere à parentibus: placere DEO virtu-  
te fæderis ante baptismum: neque ul-  
los, neque omnes recipia in Baptismo  
regenerari.

Articulus tertius, etsi doctrinam  
de Majestate divinâ, Christo secundum  
assumptam Humanitatem communi-  
catâ, ex professo non tractat: (neque  
enim tûm temporis inter Pontificios  
& nostros ulla de hoc doctrinæ Chri-  
stianæ capite erat controversia) nihil-  
ominus tamen solidè nostram senten-  
tiam confirmat: Calvinianorum ve-  
ro opinionem vicissim funditus sub-  
ruit & evertit. Sic enim habet Arti-  
culus iste: *Ascendit in Cælos, VT sedeat  
ad dexteram Patris, & regnet perpetuò,  
& dominetur omnibus Creaturis. Iam ve-  
ro quis ita impius fuerit, qui Chri-*  
*stum*